



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 37. Leges contra Sedem Apostolicam latae, in Angliæ revocatæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

§. XXXVI.

Sæcul. XVI.
A.C. 1554.

Anglorum legatio Romam ad summum Pontificem.

Paulo post ampla, & honorifica legatio ad Pontificem decreta est, ob-
iitque hoc munus Eliensis Episcopus, Montis acuti Vice- Comes, & Eduardus Carneus Jurisconsultus, qui Reginae Mariæ, & Philippi Regis ejus Mariti, totiusque regni nomine obedientiam Sedi Romanæ, & Summo Pontifici præstarent. Jamjam Angliæ Regnum a principio schismatis per Henricum VIII. conflati viginti omnino annis ab Ecclesiæ unione erat segregatum, mox vero, ac reconciliationis factæ fama Romæ increbuerat, illico in gratiarum actionem solemnes decernebantur supplicationes, ac ipsemet summus Pontifex re divina peracta eodem anno per universum Orbem Anni Sacri solemnitatem promulgari præcepit.

T. r. l. 13.
Sander. l. 2.
p. 325.
Burnet
p. 449.
Pallav. l. c.
Ciacon. l. c.
Regnald.
hoc ann. n. 4.

§. XXXVII.

Leges contra Sedem Apostolicam latae, in Anglia revocate.

Ceterum reliqua anni pars potissimum in eo impendebatur, ut ad restaurandam Christi fidem necessaria adhiberentur media, Virique probitate insignes antea proscripti ex suis exiliis revo-

Burnet l. c.
Sander.
p. 228.

revo-

Sæcul. XVI.
A.C. 1554. revocarentur, atque novæ sectæ fau-
tores ejicerentur. Eodem tempore præ-
cipiebatur, ut omnes leges adversus
veram Religionem, Sedisque Aposto-
licæ auctoritatem hucusque conditæ
abrogarentur. Porro abolitis hisce sta-
tutis per viginti omnino annos inva-
lescentibus, Senatus postulabat, ut ad
evitandas altercationes, ac tumultus,
sequentes de Pontificis auctoritate ar-
ticuli ipsius Legati opera stabilirentur.
I. Episcopatus, necnon Ecclesiæ tam
Cathedrales, quam Collegiatæ in eo-
dem, quo tum versabantur, statu re-
maneant II. Connubia, quæ in gra-
dibus non per legem Divinam, sed
duntaxat per Canones prohibitis fue-
runt contracta, censeantur valida, ac
legitima III. Beneficiorum collationes
schismatis tempore factæ confirmentur.
IV. Judicii acta in Curiis pronuntiata
integre in suo robore permaneant.
V. Bonorum Ecclesiasticorum alienatio-
nes ratæ habeantur, eorumque posses-
sores nulli censuræ subjiciantur, nec
propterea ullo pacto molestia eis in-
feratur. Cunctos hosce articulos Le-
gatus confirmabat, ac Pontificis no-
mine permittebat, ut Laici Ecclesia-
rum bona Monasteriis durante schis-
mate ablata possidere valerent. Atta-
men omnes, qui hujusmodi bona ini-
que

que possidebant, gravibus verbis ad-
monebat, ut eorum, qui in Scriptu-
ris sacris de hoc genere sacrilegii no-
tantur, metuant exitium ac severissima
Dei omnipotentis in tales judicia per-
pendant, licet Ecclesia suum jus se-
cundum Canones ob temporum ini-
quitate non prosequatur: insuper in
eodem scripto cum omnibus intra gra-
dus ab Ecclesia prohibitos conjugatis
fiebat dispensatio, nec minus declara-
batur, quod matrimonium, & proles
sint legitimæ, necnon Episcopi omnes,
qui religione essent catholici, in prio-
ri schismate facti, ipsique novi Episco-
patus, quorum sex Henricus tempore
schismatis erexerat, confirmentur.
Cuncta hæc Regii Senatus auctoritate
fuerunt confirmata.

Sæc. XVI.
A.C. 1554.

§. XXXVIII.

*Senatus edicta pro Philippo, &
contra Hæreticos.*

Absoluto reconciliationis negotio uni-
versum Regnum Sedis Apostolicæ
obsequio sese penitus devoverat, ex-
ceptis quibusdam malevolis, qui hæ-
reticis doctrinis assueti nomen, aucto-
ritatemque Pontificis abhorrebant. Ni-
hilominus Senatus edictum promul-
gabat, vi cujus leges a Richardo II,
Henrico IV. & V. contra hæreticos con-
ditæ

Burnet t. 2.
l. 2, p. 443.